FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON, || GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA QVAEDAM LECTIONI || & studio ...

**Vergilius Maro, Publius**

**Lipsiae, 1590**

**VD16 ZV 30860**

ANNOTATIONES QVIBVS VNIVERSVM FERE ARTIFICIVM RHETOricum, simul ac figurae atque Paroemiae indicantur, summa cura & diligentia per studiosum quendam bonarum artium atque disciplinarum collectae.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

Visual Library

# ANNOTATIONES QVIBVS VNIVERSVM FERE ARTIFICIVM RHETOricum, ſimul ac figuræ atque Parœmiæ indicantur, ſumma cura & diligentia per ſtudioſum quendam bonarum artium atque diſciplinarum collectæ.

## ARGVMENTVM ECLOGAE PRIMAE.

IN PRIMA Ecloga introducuntur Tityrus & Melibœus. Sub Tityro Perſona Virgilij, ſub Melibœo alius, cui ager erat ademtus, ἀλληγορικῶς intelligitur. Itaque Virgili⁹, quo euidentius fortunam ſuam, atque adeo Cæſaris Octauiani beneficia explicaret, κατ' ἀντίθεσιν introduxit alium in aduerſa fortuna, cui erept⁹ erat ager, & ipſe à patria pulſus. Tityre ] Exordium quo captat beneuolentiam à perſona Tityri, & genus carminis exprimit. Huic obiter etiam inſerta eſt propoſitio. Nos patriæ] ἀναφορά. Initialis enim dictio[ nos] in ſequenti verſu repetitur. In verbis autem eſt quædam ἀντίθεσις & interpretatio adiuncta expolitione. Dulcia arua] πάθος. Amaryllida ] Hæc paſtoralis amica eſt apud Theocritum, cuius præcipue meminit in Comaſte. Sed de hoc nomine alij aliter. Apparet autẽ eſſe denominatum ἀπὸ τῆς ἀμάρας, quod nomen defluxus aquarum ruri notat, ἀμαρυλλὶς, ruſtica puella conueniente appellatione. Deus] id eſt, Auguſtus Cæſar, κατ' ἀντονομασίαν. Hinc eſt: Homo homini deus. Ille meas ] Reddit cauſam, cur ſit Cæſarem loco numinis habiturus, beneficium ſubtexens. Nõ equidem] Tollit ſuſpitionem inuidiæ. Vſque adeo]

ὑποτύπωσις eſt. Gemellos ] πάθος. Sæpe malum] Amplificatio ab omine. Vrbem ] Ruſticorum ſimplicitas. Sic canibus ] Collatio Bucolica, qua aliquot diſſimilitudinis formulas congerit, cuiuſmodi ſunt : Teſtudinem Pegaſo comparare, & culicem elephanti conferre, id eſt, rem minimã maximis. Libertas] Cauſſa, quare vrbem ipſam adierit. Reſpexit] ἀρχαϊσμός. Namq;] αἰτιολογία. Amaryllis] Sub hoc nomine interpretes Romam, ſub altero Mantuam, ἀλληγορικῶς intelligi volunt. Mirabar] ἀποστροφὴ ad ipſam Amaryllida. Ipſæ te Tityre] προσωποποιΐαι ſunt, quibus illi tam lætos ſucceſſus gratulatur. Cui pendere ] πάθος à ruris amœnitate. Hic illum ] Nunc tandem ad interrogata reſpondet. Eſt autem πολυσώματος teſte Fab. lib. 9. cap. 3. Et tibi magna] Deſcriptio ruris Virgiliani, & commendationes. Fortunate] Congratulatio. Nec mala] Aliquid mali propter vicinum malum. Suſurro ] ὀνοματοποιΐα. Ante leues ] Oſtendit tribus ἀδυνάτοις ſe fore eius memorem pro reſtitutis agris, & libertate. At nos] Contentio. Aut Ararim] Ad Phaſin vſq; nauigauit. Et penitus] In alio mundo. En vnquam] Ab affectu naturali exulum & profugorum. Ariſtas] μετάληψις. Mea regna] in tuo regno. Impius hæc] Exclamatio aduerſus bellum ciuile. Inſere] Ironia & apoſtrophe ad ſeipſum, qua vanum laborem ſuum cum acerbitate reprehendit. Ite meæ] ἀποστροφή. Dumoſa] αὔξησις. Sunt nobis] σύλληψις. Et iam ſumma] περίφρασις eſt occidẽtis ſolis ſeu noctis aduenientis deſcriptio.

## ARGVMENTVM ECLOGAE SECVNDAE.

Amatorium eſt carmen, cui Poëtæ ſolent etiam ſeriũ quiddam inſerere. Videtur enim hæc Ecloga Poëtæ querimoniam continere, q parum gratioſus

eſſet

eſſet apud Auguſtum. Si quid præterea male cõue-
nit huic argumento, figurandæ fabulæ cauſſa indi-
camus appoſitum eſſe. Cæterum Cyclopem Theo-
criti imitatus eſt in hac Ecloga.

Formoſum] ἐπίθετον à corpore. Incondita] Ex
affectu. O crudelis] Propoſitio, figurata exclama-
tione. Nunc etiam] πάθος. Nonne fuit] Increpatio.
Triſteis iras] Ab effectu irarum. O formoſe] ἐπιφώ-
νημα. Alba liguſtra] Comparatio. Nec quis ſim]
Querela à contemtu. Qam' diues] Ab opibus.
Canto quæ] Ab arte & ſcientia. Nec ſum adeò] A
pulcritudine corporis. Chil. 1. cent. 2. Pro. 15. Suum
cuiq; pulcrum. O tantum] Exclamatio, qua confu-
tat id, quod de inopia eius dici poterat. Pan pri-
mus] Amplificat ſtudium Muſicæ, & paſtorum con-
ditionem ab exemplo Panos. Nec te pœniteat] No-
tat ſuos calumniatores. Eſt mihi] Deſcriptio, & ob-
latio muneris, quod laudat ab autore. Te nunc ha-
bet] ἐπαλλαγὴ, pro, tu nunc habes eam, &c. Iam-
pridem] πάθος. Huc ades] Pluribus modis conatur
illum ad ſeſe allicere, cum & Nymphæ ſibi obſe-
quantur. Ecce ferunt] Coaceruatio florum, herba-
rum, fructuum & odoramẽtorum. Cana lanugine]
περίφρασις Cydoniorum pomorum. O Lauri] ἀπο-
στροφή. Ruſticus] Caſtigatio. Alexis] Quidam affir-
mant, quod Alexin Auguſtum voluerit intelligi:
Iolam, bonum ciuem. Eheu quid volui] Tranſlatio-
nes Bucolicæ. Vide Chil. 3. cent. 6. Pro. 72. Et
Chil. 4. cent. 4. Pro. 19. Habitarunt] Hortatio ab
exemplo deorum. Torua] κλίμαξ. Te Corydon] ἐπι-
φώνημα cum accommodatione. Trahit] γνώμη. Aſpi-
ce] πάθος. Me tamen] Ratio ab energia amoris.
Ah Corydon] ἀναδίπλωσις, Fabio teſte lib. 9. cap.
3. Quæ te dementia] Caſtigatio per ἐπιφώνημα. In-
diget vſus] Ab vtili. Viminibus] Hortatur ad labo-
rem. Res age tutus eris.

## ARGVMENTVM ECLOGAE TERTIAE.

Ex Theocrito ſumpta eſt hæc Ecloga. Cæterum qui Bucolica ſcribit, in hoc incumbere debet, ne ſimiles ſint Eclogæ, quod hoc loco vides præſtari à Virgilio. Nam prima habet beneficia Cæſaris in Virgilium collata, Secunda conqueſtionem, quod parum apud Cæſarem ſit gratus. Hæc autem lites continet & vicia.

Dic mihi ]Exordium amarum. Ex Nomeo Theocriti eſt. Hic alienus ] Obiectio furti & infidelitatis. Nouimus ] Detractio, teſte Fab. lib. 9. Sacello] Amplificatio criminis à loco. Tum credo ] Aliud obijcit crimen, vt ſuum diſſoluat. Nouellas] αὔξησις. Et ſi non aliqua ] Vide Chil. 3. cent. 7. prou. 43. Non capit ſomnium. Non ego te vidi ] ἐπίπληξις ſeu ἐπιτίμησις. Vide Chil. 1. Cent. 2. prou. 66. Fures clamorem timent. Excipere] περιφραστικῶς pro furari. Se proripit ] Ex malè facti conſcientia. An mihi ] Defenſio. Meus ille ] Repetitio. Cantando ἀγανάκτησις cum Eclipſi. Diſperdere ] Quia Theocritus dixit συρίσδεν. Fit autem hic παρασκευὴ ad futuram contentionem. Ea ſententia eſt in Hodœporis Theocriti. Viciſſim ] Alludit ad carmen ἀμοιβαῖον. Vis ergo ] Occaſio certaminis. Eſt mihi ] αἰτιολογία. Iniuſta nouerca ] ἐπίθετον nouercarum. Pecus alter ] σύλληψις. Hedera ] A materia & forma. Nec dum labra ] A nouitate. Eſt autem ἐναλλαγὴ, pro nondum illa labris admoui. Orpheaque ] Vis eloquentiæ. Ad vitulam] Collatio. Ecce Palæmon] παροιμιακῶς dicitur. Talis eſt Morſon apud Theocritum. Efficiam ] Petulantiam reprehendit. Ne quenquam]Beneuolentiam conciliat à vicinitate. Senſibus]ἐν φρεσὶ βάλλεο. Et nunc omnis ] Copia per expolitionem. Annus] συνεκδοχὴ, totum pro parte anni, ſcilicet Vere, ſumtum. Chiliad. 1. cent. 7. prouerb.

uerb. 64. Iucunda rerum viciſſitudo. Incipe] Docilitas. Ab Ioue] Initium certaminis à Ioue ſumitur. Et me Phœbus] Traductio. Malo ] Amores. Vide Chil. 2. Cent. 3. Pro. 70. Malis ferire. Et Chil. 4. Cent. 3. Prouerb. 15. Heſperidum mala. At mihi] Contentio. Ignis] Metaphora. Notior vt ] Similitudo. Palumbes] Alluſio ad ſacra Veneris. Veneri] κοινονομασία. Quid prodeſt] λιτότης. Phyllida ] Petitio. Vale vale ] ἀναδίπλωσις pathetica. Longum] ἐναλλαγή nominis, pro aduerbio. Triſte lupus] ἐπίφωνησις. Pollio & ipſe] Pollionis encomium. Qui Bauium] ἀστεϊσμὸς eſt. Taxat autem Poëtam quendam, qui auſus fuit carpere Pollionem. Iungat vulpes] Vide Chil. 1. Cent. 3. Pro. 50. O pueri ] ἀποστροφή. Frigidus] παροιμιῶδες eſt hemiſtichium. Ipſe aries] A maiori ad minus. Eheu] πάθος. Dic quibus] Relicto certamine, proponunt ænigmata. Inſcripti] Helleniſmus. Noſtrum inter vos] Iudicium. Claudite] Clauſula ruſtica.

## ARGVMENTVM ECLOGAE QVARTAE.

Ecloge vaticiniorum Sibyllinorum. Eſtq; genethliacon filij Aſinij Pollionis, & prædictio feliciſſimi temporis, pace vbique terrarum reddita ab Auguſto, ad cuius imperij decus accommodantur diuinæ ſententiæ.

Sicelides] Inuocatio cum propoſitione. Cumæi] Orditur à deſcriptione tẽporis, veluti publica voce teſtatum faciat Auguſtum noui ſeculi autorem eſſe. Lucina ] Inuocatio. Te duce] Aurei ſeculi incrementa confert cum incrementis pueri. At tibi] Pueritia. Puer] ἀποστροφὴ cum hyperbato. Ridenti] μεταφορὰ, pro florenti. Ipſæ lacte ] Alluſio ad aureum ſeculum. Serpens ] ἐπίφρασις numeri. Herba veneni ] περίφρασις aconiti. At ſimul] Adoleſcentia.

tia. Ariſta ] συνεκδοχή. Pauca tamen ] Occupatio. Quæ tentare] Expoſitio facta per congeriem. Hinc vbi] Iuuentus. Fert omnia] αἰτιολογία. Iam croceo] ὑπαλλαγή. Talia ſecla] Peroratio. Aggredere] Affectus in peroratione. Tempus] Ab occaſione ætatis aureæ. Soboles] A facili. Aſpice conuexo] A toto ad partes. O mihi] Exclamatio. Non me carminibus] Amplificatio ab exemplis. Pan etiam] πλοκή. Arcadia] συνεκδοχή. Incipe ] Adhortatio. Cui non riſere] Alij legunt, qui non riſere.

## ARGVMENTVM ECLOGAE QVINTAE.

Ecloga Theocriti Thyrſidos. Epicedium carmen, in quemcunq; ſane, nam coniecturas ſequi nihil eſt neceſſe.

Cur non Mopſe] Inuitatio ad Muſicam. Tu calamos ] Figura eſt per præpoſitionem, quaſi in calamos. Tu maior] Ab ætate, atq; adeo ab æquo. Vt antrum] Commendatio antri. Labruſca] Vocabulo hoc & in Culice & ferme ſimiliter vſus eſt in hoc verſu :

*Denſaq́; virgultis ſparſit labruſca racemis.*

Certat tibi ] More Græco dicitur, σοὶ μάχεται. Eſt autem ἀρχαϊσμός. Quid ſi] εἰρωνεία in arrogantes. Incipe Mopſe] Argumenta cantilenarum. Certet] Ironia ſubamara. Lenta ſalix ] Conatur Menalcas honeſtioribus comparationibus ſubiratum amicū placare. Extinctum ] Propoſitio. Nymphæ ] Amplificatio ab euentu. Vos coryli ] προσωποποιία cum apoſtrophe. Cum complexa ] ὑποτύπωσις. Mater] πάθος. Nulla neque ] Atticiſmus in duplicatione negationis. Daphnis ] Deſcribit res geſtas Daphnidis. Eſt autem incrementum. Thyaſos] Genus tripudij. Iulius enim Cæſar Bacchanalia Romæ inſtituit. Haſtas ] Thyaſorum περίφρασις. Vi-

tis

tis vt] Comparationes Bucolicæ. Lolium] Oſtendit, quæ mortem Daphnidis fuerunt conſecuta. Vide Chiliad. 2. cent. 1. Prouerb. 9. Lolio victitant. Spargite] ἀποστροφή. Daphnis] ἐπιτάφιον ſeu ἐπιτύμβιον Daphnidis. Tale tuum] Ruſticæ nunc ſequuntur comparationes, quibus carmen commendatur. Alter ab illo] παροιμιακῶς dicitur. Sic Virgil. ſecundas habebit. Ad aſtra] ὑπερβολή. Daphnin] Epanalepſis. Cantari dignus] Helleniſmus eſt. Candidus] Altera pars Eclogæ, ἀποθέωσις Daphnidos, Cõſolatorium carmen. Ad ſidera] ὑπερβολὴ per προσωποποιίαν. Deus Deus] ἀποστροφὴ ad ſeipſum cum acclamatione, & anadiploſi. Sis bonus] Precatio. Pocula] Obſerua deſcriptiones ruſtici cultus. Hæc tibi] Peroratio. Rore cicadæ] Chiliad. 4. cent. 4. Pro. 16. Rore paſcitur. Quæ tibi] πλοκή. Nam neq; me] Comparationes Bucolicæ. Formoſum] Commendatio à forma.

## ARGVMENTVM ECLOGAE SEXTAE.

Ecloge diuerſarum fabularum, quarum narrationem attribuit Sileno capto à paſtoribus, vt capitur ab Vlyſſe Proteus.

Prima Syracuſio] Præfatio eſt, cur canat Bucolicum carmen. Cum canerem] Pars attentionis. Reges & prælia] Heroicorum eſt περίφρασις. Aurẽ vellit] id eſt, adhortatus eſt. Chil. 1. cent. 7. Pro. 40. Super tibi erunt] τμῆσις eſt, pro ſupererunt tibi. Vare] ἀποστροφή. Agreſtem] Extenuatio. Non iniuſſa] Obiectionem diluit, & ſe inſinuat. Te nemus] Amplificatio. Pergite] Inuocatio eſt. Iaccho] μετωνυμία. Serta procul] Egregia ὑποτύπωσις eſt ebrij. Aggreſſi] Narratio. Aegle] ἀναδίπλωσις eſt. Sanguineis] Vide Chil. 1. cent. 5. Pro. 48. Os ſublinere] Poëta inducit pueros per luſum Sileni faciem mori

ſucco oblinentes. Nec tantum ] Amplificatio ab exemplis. Quercus ] Vis Muſicæ. Terrarumq́; ] πολυσύνδετον. Namq; ] αἰτιολογία eſt. Hinc lapides ] Congeries fabularum. Hyla ] Vide Chil. 1. cent. 4. Pro. 72. Hylam inclamas. Ah virgo ] Exaggerat, & eſt πάθος à minori cum apoſtrophe. Ah virgo ] πάθος ex repetitione à fortuna & loco. Claudite ] ἀναφορὰ & ἀποστροφὴ ad Nymphas. Perducant ] Vide Chil. 1. cent. 1. Prouer. 43. Abijt & taurus in ſyluam. Tum Phaëthõtiadas ] Canit Phaëthontiadas mutatas in alnos. Circundat, erigit ] Helleniſmus eſt. Gallum ] Encomium Galli. Aonas ] Deſcriptio. Aſcræo ] περίφρασις Heſiodi à patria. Grynæi ] συνεκδοχή. Quid loquar ] Tranſitio per dubitationem. Aut Scyllam ] Vide Chil. 1. cent. 1. prou. 4. Euitata Charybdi, in Scyllam incidi. Dulichias ] συνεκδοχή. Gurgite ] Tapinoſis. Ah timidos ] Commiſeratio eſt in Vlyſſem, & indignatio contra monſtrum. Infelix ] πάθος. Eurotas ] προσωποποιΐα. eſt. Ad ſidera ] ὑπερβολή. Veſper ] περίφρασις crepuſculi veſpertini.

## ARGVMENTVM ECLOGAE SEPTIMAE.

Ecloge, vt apparet ex diuerſis, certamen paſtorum, & præclara eſt mutatio narratæ contentionis in Eclog. III. ac copiæ exemplum.

Forte ſub ] πρόφασις ſeu παρασκευὴ certaminis. Compulerantq́ue ] Diſtributio. Ambo florentes ] Amplificatio à circumſtantijs. Vir gregis ] κατάχρησις ſeu ἀκυρολογία. Huc ades ] Imitatio. Caper tibi ] ζεῦγμα. Huc ipſi ] Ab amœnitate loci. Corydon ] ἀντίπτωσις, pro Corydoni, vel appoſitio, & eſt εἰρωνεία. Alternis ] Epilogus exordij. Nymphæ ] Inuocatio. Phœbi ] Diſtributio cum amplificatione. Poſſumus ] ἑτέρωσις numeri, pro, ſi ego non poſſum. Ilia ] παροιμιακῶς profertur. Sinum lactis ]

Votum. Aureus eſto] Chil. 1. cent. 8. prouerb. 15. Aureus in Olympia ſtato. Hyblæ] περίφρασις eſt Siculi mellis. Repetent] περίφρασις veſperæ. Sardois] ἀντίθετον ludit. Mollior] ἐναλλαγὴ pro mollis. Solſtitium] Deſcriptio æſtatis, Stant &] Deſcriptio autumni. Aut numerum] Vide Chil. 2. Cent. 5. Prouerb. 99. Non curat numerum lupus. Omnia nunc] Deſcriptio veris. Videas] δυνητικῶς, pro, poſſes videre. Populus] Diſtributiones, ſeu collationes arborum. Hæc memini] Epilogus.

## ARGVMENTVM ECLOGAE OCTAVAE.

Ecloge carminum inprimis Theocriti, cõqueſtio & incantatio amatoria.

Paſtorum] Propoſitio. Et mutata] ὑπερβολή. Damonis] ἐπανάληψις. Tu mihi] Inuocatio. A te principium] Vide Chil. 1. Cent. 1. Prou. 8. Prora & puppis. Frigida] Narratio à temporis deſcriptione. Veniens] τμῆσις eſt, pro, præueniens diem. Teſtibus] πάθος. Mopſo] Redit ad narrationem. Iungentur iam] ἐναντία vel ἀδύνατα ſunt, quibus vtimur, quoties diſſimilia coniunguntur. Nuces] Vide Chil. 1. Cent. 5. Prouerb. 35. Nuces relinquere. Tibi ducitur] Helleniſmus, vel adducitur. Digno] Ironia. Sparge] A veteri conſuetudine. Sepibus] πάθος. Ab vndecimo] A tempore. Vt vidi] ἐπιφώνημα. Vide Chil. 1. Cent. 2. Prouerb. 79. Ex aſpectu naſcitur amor. Et, Chil. 3. Cent. 4. Pro. 64. Mulieris oculus. Crudelis] Dubitatio. Incipe] Concluſio. Nec noſtri] A genere ſeu natalibus. Sæuus] Ab effectibus. Improbꝰ] Dilemma. Nunc & oues] Optat contraria. Conſimilis Parœmia eſt, Ceruus canes trahit. Vide Chil. 4. Cent. 4. Pro. 11. Pinguia] Syllogiſmus ex propoſitione, aſſumtione, & cõcluſione. Orpheus] παλιλογία. Vlulæ] ὀνοματοποιΐα.

Omnia

Omnia vel medium]Summam oſtendit deſperationem. Præceps] ὑποτύπωσις. Non omnia ] γνώμη. Vide Chil. 2. cent. 3. pro. 94. Cinge] Omnes hoſtiæ ſolebant vitta circundari. Hic altare transfertur ad victimas. Eſt autem altera huius Eclogæ pars. Deducere lunam] Vide Chil. 3. cent. 2. pro 2. In tuum ipſius malum lunam deduces. Vis incãtationis. Circe] Ab exemplo. Terna] Vide Chil. 2. cent. 9. pro. 5. Ter. Ducite ] Intercalatur hic verſus more Theocriti. Limus vt]Similitudo. Noſtro ] ἀντίπτωσις, pro noſtri. In Daphnide] pro, in Daphnidẽ, ἀρχαϊσμός. Talis amor]Similitudo Bucolica. Propter]pro, prope, ἐναλλαγή. Teneat ] ἐπανάληψις. Has olim ] Iurgium amantis. Mœris ] Ab autore & loco deinde probat efficaciam veneficij. Et Hylax ] Euentus. Credimus]Dubitatio. γνώμη. Vide Chil. 2. cent. 3. pro. 80. Qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt.

## ARGVMENTVM ECLOGAE NONAE.

Ecloge diuerſorum Theocriti locorum. Sed his ſignificari & pericula Virgilij, & prudenter quædam præcipi voluit, ἐν ἀλληγορίαις.

Quo te Mœri ] A querimonia. Vide Chiliad. 1. Cent. 8. Proue. 68. O Lycida ] πάθος. Nunc victi ] Vide Chil. 2. Cent. 6. Pro. 1. Quoniam fors] γνώμη. Certe ] Admiratio. Colles ] τοπογραφία. Bene vertat ] Vide Chil. 3. cent. 6. Prouerb. 100. Noſtra valent]Non eſſe locum honeſtati apud Martios. Heu cadit ] Exaggeratio ſceleris, πάθος. Quis caneret ] Diſtributio. Tityre ] μερισμός. Mantua] ἀναδίπλωσις. Vicina ] Vide Chil. 1. Cent. 1. Prou. 32. Sic tua ] ἀναφορά. Incipe ] ἀνθυποφορά Olores] Vide Chil. 1. cent. 7. Pro. 22. Sic tua Cyrnæas]Quia Mœris bene precatus erat Virgilio, viciſſim Lycidas

das bene precatur Mœridi,& prouocat eum ad reci tandum carmen aliquod.Fundit humus]Commendatio terræ. Ecce]Narratio.Inſere]Aliud canticum de Iulio Cæſare. Omnia fert ] γνώμη. Lupi ] Vide Chil. 1. cent. 7. Pro. 86. Aut ſi nox] ἀνθυποφορά.

## ARGVMENTVM ECLOGAE DECIMAE.

Ecloge Theocritei Daphnidos. Sed illa alijs accumulauit, deplorans interitum Galli.

Externum ] Inuocatio cum propoſitione. Pauca] Attentio.Neget quis] Admiratio. Incipe] Proponit ab occaſione. Non canimus ] Vide Chil. 1. cent. 4.Prou. 87. Quæ memora ] πάθος per indignationem. Nam neq;] ἀνθυποφορά. Indigno] πάθος. Illum etiam]Exaggeratio. Formoſus]A maiori. Vpilio] ἔκτασις Ionica, pro Opilio. Galle quid] Deſcriptio. Venit] Deſcriptio. Ecquis erit ] γνώμη. Triſtis at ] Fingit Gallum reſpondentem, vt magis ob oculos ponat hominis inſaniam.O mihi]πάθος. Atq; vtinam]πάθος à vitæ conditione.Quid tum] ἀντεισαγωγή. Et nigræ] Dilutio per reiectionem. Serta]μετάληψις.Hic gelidi]Inuitat amicam à loco, ἐπαναφορά. Nunc inſanus] A ſolicitudine. Ah ] πάθος. Ibo] Remedia amoris quærit. Parthenios] id eſt, Arcadicos, κατὰ συνεκδοχήν. Iam neq;] Inconſtantia amatoris. Ne ſi frigoribus] Exaggeratio.Omnia vincit] ἐπιφώνημα. Hæc ſat erit]Epilogus totius Bucolici carminis. Gallo] παλιλογία. Quantum] Similitudo. Ite domum ] Clauſula Bucolica.

# ANNOTATIONES IN GEORGICA VIRGILII.